



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. I. Vtrum Angeli fuerint in sua creatione beati?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

ab ejus substantia fluat, sicut motus cordis a natura animalis, ut supra ostendum est; potest ramen ea abuti, illamq; vitiare ex aliqua mala circumstantia, puta non diligendo Deum tanquam suum finem & beatitudinem naturalem, cum subordinatione necessaria ad eundem, ut auctorem & finem supernaturaliem; de quo infra.

Querit D.Thomas art. 5. hujus questionis, utrum Angelus naturali dilectione diligit Deum plusquam seipsum? Et responderet affirmativè, idque probatur tripli ratione. Prima est: quia qualibet pars naturaliter magis inclinatur in bonum totius, quam in suum; ut patet in manu, quia naturaliter & absque deliberatione se extponit eti ad conservationem totius corporis; sicut aqua, que contra propriam inclinationem ascendit sicut ad vitandum vacuum, toti natura inimicum. Et tunc ratio imitatur naturam, hujus naturalis inclinationis imitationem inventamus in virtutibus politicis: est enim virtuosis, ut se exponat mortis periculo, pro totius reipublicæ conservatione. Cum ergo Deus sit bonus & finis universi, ac bonum universale bonus naturæ, comprehensens omne bonum, sicut totum comprehendit omnes suas partes; & qualibet creatura magis sit Dei, quam pars totius, aut civis reipublicæ, manifestum est Angelum, & quamlibet creaturam, dilectione naturali magis inclinari in bonum divinum, quam in bonum proprium.

Hancrationem D.Thomæ conatur enervare Scotus in 3. dist. 27. quæst. 2. dicit enim primò filium effiliad principium: pars naturaliter diligit totum magis quam in seipsum; nec verum est quod pars se exponat pro conservatione totius; sed quod ipsum totum magis se diligendo quam partes, eas exponit pro conservatione sui; vel etiam partes præcipua minus præcipias. Di scendendo, quod eti detur quod pars se exponat pro toto, non sequitur propterea quod magis diligit totum, quam seipsum; quia exponitur pro toto, propter identitatem sui esse cum electio, arque ita formaliter propter conservationem sui esse.

Sed hoc facilem disflantur: primum quidem, dicendo cum Cajetano, quod sive pars seipsum exponat, sive exponatur a toto, propter ipsum totum; quia tamen naturaliter exponitur, evidens signum est eam magis inclinari in bonum & conservationem totius, quam in seipsum: quia ut in Aristoteles 2. physic. textu 78. Vnum-
quodque facit agitur naturaliter, sic aptum natum est.

Alterum vero etiam rejicitur: quia ut recte obliteratidem Cajetanus, falsum est quod pars exponat pro toto, propter unionem aut identitatem quam habet cum illo; cum frequenter exponat cum periculo perdendi unionem aut identitatem quam habet cum toto. Ratio ergo ob quam pars se exponit pro toto, est quia essentia est totius, & propter illud: unde cum qualibet creatura magis sit Dei, quam pars totius, recte infert D.Thomas, Angelum & hominem naturali dilectione magis in bonum divinum, quam in bonum proprium inclinari.

Secunda ratio D.Thomæ est: Si Angelus seipsum naturaliter magis diligenter, quam Deum, naturalis ejus inclinatio estet perversa: Sed hoc dicunt: Ergo nec illud. Minor pater: quia si naturalis inclinatio Angeli est perversa, ejus natura debet esse mala, utpote radix & principi-

Tom. II.

A um perversæ inclinationis: atque adeò Deus es-
set auctor mali: vel constituendum esset pri-
mum principium malorum: quæ omnia in Mani-
chæsis damnata sunt. Sequela Majoris probatur;
Perversa est inclinatio quæ tendit ad diligen-
dum magis medium, quam finem: Sed Deus ha-
bet rationem finis, quilibet autem creatura ra-
tionem mediad illum ordinati: Ergo si Ange-
lus seipsum naturaliter magis diligenter, quam
Deum, naturalis ejus inclinatio estet perversa.

Denique, Si Angelus naturaliter magis sei-
psum quam Deum diligenter, charitas & gratia
non perficerent, sed destruerent ejus naturam:
Consequens est falsum: Ergo &c. Sequela Ma-
joris patet: per gratiam enim & charitatem An-
gelus magis amat Deum, quam seipsum. Minor
etiam est certa; sicut enim fides noire destruit, sed
elevat rationem; ita gratia & charitas non de-
struunt, sed perficiunt naturam, eamque elevant
ad statum altiorum.

Advertendum tamen est, quod licet Angelus 19
naturali dilectione magis Deum quam seipsum
amerit, dilectione tamen liberæ & electiva, potest
seipsum magis quam Deum diligere. Ratio est,
quia Angelus, ex libera voluntatis electione po-
test peccare, quandoquidem de facto peccavit:
omnis autem peccans mortaliter, avertitur a
Deo, & convertitur ad creaturam, præfertque
C bonum aliquod creatum bono divino: Ergo
Angelus amore libero & electivo potest seipsum
magis quam Deum diligere, ac præferre bo-
num proprium bono divino.

DISPUTATIO XII.

De gratia & gloria Angelorum.

Ad questionem 62. D.Thomæ.

D **H**uc usque de Angelis naturaliter confide-
ratis: jam de eorundem perfectione super-
naturali, gratianimur & gloriæ, dicen-
dum supereft: de qua D.Thomas quæst. 61. Quæ
verò de tempore & loco creationis Angelorum
quæst. 61. docet, disputatione proœmiali fuere
a nobis exposita.

ARTICULUS I.

*Vtrum Angeli fuerint in sua creatione
beati?*

D Uplex in Angelis, sicut in nobis, distingui-
solet beatitudo: una naturalis, quæ est ult-
ima perfectio ad quam natura angelica potest
per vires naturæ pervenire, sive perfectissima o-
peratio quæ naturaliter potest Angelo cōvenire,
cognitione scilicet & dilectione Dei ut auctoris na-
ture: altera supernaturalis, quæ est ultima per-
fectio naturæ angelicæ, excedens naturalem i-
psius facultatem, sive perfectissima operatio ad
quam supernaturaliter elevari potest; & consi-
dit in clara Dei visione, ut dicemus in Tractatu
de beatitudine. Inquirimus ergo, an duplex
hæc beatitudo Angelis ab initio creationis
concessa fuerit?

§. I.

Prima Conclusio statuitur.

Dico primò, Angelos fuissent creatos in beatitudine naturali. Ita Divus Thomas artic. i. hujus questionis, ubi premissa distinctione beatitudinis in naturalem & supernaturalem, subdit: sic agitur dicendum est, quod quantum ad primam beatitudinem, quam Angelus asequi virtute sue naturae potuit, fuit creatus beatus: quia perfectionem hujusmodi Angelus non acquirit per aliquem motum diuersorum, sicut homo, sed statim ei adest propter suæ naturæ dignitatem.

Confirmatur: Angeli à principio suæ conditionis habuerunt cognitionem & dilectionem perfectam Dei ut authoris naturæ: Sed in hac duplice operatione naturalis ejus beatitudo consistit; cum illa sit ultima perfectio ad quam natura angelica per vires naturæ pervenire potest: Ergo Angelij in beatitudine naturali fuerunt à Deo conditi.

Objecies: Si Angeli fuissent creati in sua beatitudine naturali, in ea permanissent: Sed non omnes in ea permanerent; Angeli enim damnati sunt infeliciissimi, & maximè anguntur tristitia: Ergo omnes Angeli non fuere creati in sua beatitudine naturali. Sequela Majoris probatur: De ratione beatitudinis est inaccessibilitas: Ergo si Angeli fuissent creati in sua beatitudine naturali, in ea permanissent.

Respondent aliqui concedendo Majorem: existimant enim quod licet Angeli simpliciter & absolutè miseri sint, possunt tamen dici beati secundum quid, beatitudine scilicet naturali, quæ in cognitione & dilectione authoris naturæ consistit; sicut homo qui in hac vita contemplationem Dei perfectissimam haberet, quodammodo felix diceretur, tamen si absolute miser esset, & gravissimos cruciat us perferret.

Sed hæc solutio & doctrina displicet: beatitudo enim naturalis Angeli consistit quidem in cognitione & dilectione Dei ut authoris naturæ, abique illa tamen deordinatione ab illo; uide hanc beatitudinem naturalem habuerunt Angelii in statu innocentiae ante peccatum, Demones vero illam per peccatum amiserunt: quamvis enim directe & immediata contra Deum ut authorem naturæ non peccaverint, eo tamen ipso quod peccaverunt contra Deum ut authorem supernaturalem, ab eo que deordinati sunt, indirecte, mediately, & per accidens, contra eundem Deum ut est author naturæ peccaverunt, & ab eo deordinati sunt.

Melius ergo respondet, negando sequelam Majoris. Ad cuius probationem dicendum est, quod quamvis beatitudo naturalis sit inaccessibilis respectu Angelii in puris naturalibus constituti: tamen Angelus elevatus ad ordinem supernaturalem, potest indirecte & per accidens illam amittere, peccando directe contra præcepta supernaturalia. Unde communè illud effatum ex Dionysio desumptum: *Naturalia in Demonibus remanserunt integræ: intelligendum est de naturalibus in esse purè physico consideratis, qualia sunt substantia, potentia, species intelligibiles & hujusmodi; non vero de naturalibus quæ habent aliquid moralitatis admixtum, cuiusmodi sunt cognitio practica, & rectitudo voluntatis erga ultimum finem: hæc enim, sal-*

A tem ad aliquid, per peccatum destruta fuerit Angelis.

§. II.
Stabilitur secunda Conclusio.

Dico secundò, Angelos non fuissent creatos in beatitudine supernaturali.

Probatur, quia haec (inquit S. Thomas) non est aliquid naturæ, sed natura finis: Ergo non debet communicari Angelis per creationem.

Præterea, ut idem Doctor sanctus discurreat: Quisquis fruatur visione essentia Dei, ita feliciter necessitate rapitur ad amandum Deum, ut ulti-

modo possit velle à Deo recedere & peccare: Cùm ergo plures Angeli peccarint, evidens argumentum est eos caruisse visione beatæ divinae essentia, in qua supernaturalis beatitudo creetur intellectualis consistit.

Addo quod, unum ex specialissimis priviliis animæ Christi collatis, ex eo quod est filius Dei naturalis, & haberet gratiam unionis hypothaticæ, ad quam titulo connaturalitatis confequitur gratia habitualis & gloria, fuit quod à primo instanti sui esse Deum permanenter intueretur: Ergo cùm similis ratio concedenda est privilegium, non currat in Angelis, dicendum est quod ab initio sua creationis non viderunt intuitivè divinam essentiam, saltem visione permanenti.

An vero visione transuenti illam viderint, dubitant aliqui Authores: Ratio autem dubitandi est, quia ex doctrina Divi Augustini libro 11. super Genesim ad litteram, & D. Thomæ p. quæst. 12. art. 11. ad 2. & 2. quæst. 175. art. 1. id est Moyses & D. Paulus adhuc viatores videbant divinam essentiam, visione transuenti, quia cùm Moyses electus esset Doctor Iudaorum, & D. Paulus Doctor Gentium, conveniens fuit esse immediata in Deo videre mysteria gratie, quia alios erant edocentes, ut scilicet oculati testificari mysteriorum quæ praedabant, possent dicere populis sibi commissis: quod audirimus & vobis, hoc testamur. Sed pariter Angelii superiori, fuerunt veleti doctores inferiorum, ipsosque modum magisterii arrictos de mysteriis gratiæ illuminando, ut infra dicetur: Ergo scilicet Angelii superiori, viderunt à principio lœge productionis divinam essentiam per modum transuentis.

Sententia tamen negativa communis est apud Theologos. Et probatur, quia haec est regula generalis, & communis lex, quod nullus viator, dum est in statu viæ, divinam essentiam conceperatur; cùm visio essentia divina sit tota mentes, & essentiale præsumptum Beatorum: At excipere aliquem à regula generali, & ordinaria lœge, abique fundamento, ex Scriptura vel SS. Patribus desumpto, temerarium est: Ergo cùm neque Scriptura, neq; SS. Patres insinuent Angelos viatores videlicet quando divinam essentiam, id sine temeritate affirmari non posset.

Ad rationem vero dubitandi in contrarium dicendum est, rationem illam D. Thomæ, ad probandum quod Moyses & D. Paulus viderint divinam essentiam, per modum transuentis, dum adhuc essent in via, esse solùm congruum; quæ supposito quidem fundamento quod habemus in Scriptura, hoc speciale privilegium ducibus illis viris fuisse conceleatum, optima est, nihil tamen prorsus concluderet, si ad hoc probaretur nullum

DE GRATIA ET GLORIA ANGELORUM.

45

nullum habemus Scripturæ testimonium: undeum ad simile privilegium aliquibus Angelis, etiam superioribus, concedendum, nullus Scriptura locus afferri possit; quantumcumque id congruentia aliqua apparente suadere videamus, non debemus tamen afferre, aliquos ex Angelis viatoribus, transeuntes vidisse divinam essentiam.

Dices, In Scriptura satis aperte significari, hoc privilegium supremo saltem Angelo fuisse concessum: nam Ezechiël. 28. Propheta sic affirmit Angelum prævaricatorem in personam Regis Tyrorum: Tu signaculum similitudinis, plena sapientia, & perfectus deore, in deliciis paratus Dei iusti: deliciae autem paradisi, sunt amor beatitudinis, & gaudium de visione Dei: Ergo primus Angelus, dum esset adhuc viator, amore beatifico & visione Dei portitus est.

Sed facile responderetur, per delicias paradisi, quibus dicitur aliquid potius Lucifer, non intelligi visionem ipsam essentiae Dei, sed in fecciones delicias, quas peccando amiserit, nempe habitationem Empyrei, quod locus amoenissimus est, & paradisi plenus deliciarum, in quo fuit Lucifer cum aliis Angelis creatis, ut supra ostensum est, & quo post peccatum fuit dejectus, & in infernum derutus. Vel etiam per delicias paradisi intelligi possunt dona illa gratiae, quibus Angelis ab initio fuerer ornati, & quæ Lucifer & ali Angelis apostata peccando amiserunt.

Dices rursum: Glossa interlinearis explicans illud Epistolam Iudei versu 6, Angelos vero qui non invenerant suum principatum: per principatum intelligit spiritualem Dei visionem: Ergo Angelis apostata Dei visione aliquid potius sunt. Respondeo Glossam, per spiritualem Dei visionem, non intelligere claram & intuitivam diuinæ essentie cognitionem, in qua beatitudo patet consilii; sed ibi accipere visionem Dei, pro cognitione supernaturali fidei, de qua immediate ante locutus fuerat Judas Apostolus, dicens: Enim non crediderunt perdidit: Dæmones enim non servasse fidem laudabilem, quæ ei donum Dei, & quam habuerunt, dum fuerunt in via, docet D. Thomas 2.2. quæst. 5.

Eodem modo explicandus est Augustinus, dum lib. II. de civit. cap. 22. ait quod Angelis à principio fuerint participes lucis & claritatis aeternæ: nam participationem lucis & claritatis aeternæ, non intelligit claram Dei visionem, sed eminentiam quandam cognitionem supernaturalem, à lumine fidei vel doni sapientiae procedentem, quam ab initio creationis Angelis habuerunt. Similiter cum c. 29. docet omnes Angelos à principio habuisse cognitionem matutinam, per cognitionem matutinam intelligit cognitionem naturali rerum in verbo cognito per ejus similitudinem in natura ipsius Angelis reducentem. Nam ut ait D. Thomas h. c. quæst. 62. art. 1. ad 5. Angelus duplex habet verbi cognitionem: unam naturalē, & aliam glorie: naturalem quidem, quæ cognoscitur verbum per ejus similitudinem in sua natura reuelatum: cognitionem vero glorie, quæ cognoscit verbum per suam essentiam. Et utraque cognoscit Angelus in verbo: sed naturali quidem imperfectè, cognitione vero glorie perfectè. Prima ergo cognitione reuelatio verbi afferit Angelo à principio sue creationis: secunda vero non sed quando facti sunt beati per conversionem ad bonum: & haec proprie dicuntur cognitione matutina.

A Instabis: Idem Augustinus eodem lib. II. de civit. cap. 9. loquens de Angelis bonis ait: Tantè est felicior illa portio, quam nunguam fuit peregrinata à Deo: At liboni Angeli aliquando caruissent Dei visione, peregrinati fuisse à Deo. Ergo boni Angeli ab initio creationis viderunt divinam essentiam, & fuerunt beati beatitudine supernaturali.

Propter hoc testimonium Ludovicus Vivez supra cap. illud 9. lib. II. de civit. docuit bonos Angelos ab initio divinam essentiam clare vidisse, & in tali visione semper perseverasse: subindeq; perfectè beatos beatitudine supernaturali, etiam à primo instanti sui esse, exitisse. Verum hic locus Augustini varias patitur interpretationes. In primis responderi potest, S. Doctorem per hæc verba velle solum insinuare, viam Angelorum fuisse ita brevem, ut non possit meritò nuncupari peregrinatio; quia peregrinatio longam quandam denotat viam. Vel etiam dici potest, Angelos bonos nunquam esse peregrinatos: quia dum essent in via, non fuerunt extra suam patriam exiles, nec extra locum in quo conditi sunt; sicut primi parentes, qui post peccatum è paradiiso terrestri depulsi sunt. Denique boni Angeli dici possunt nunquam à Deo peregrinati: quia illi semper adhærerunt per gratiam & charitatem, & nullum commiserunt peccatum, per quod creatura intellectualis verè à Deo recedit, & veluti peregrinatur: unde Luca 15. de filio prodigo dicitur, quod peregrinatus est in regionem longinquam.

ARTICULUS II.

Vtrum Angelis necessaria fuerit gratia, & quando, ac quomodo illam receperint?

§. I.

Resolvitur prima difficultas.

Dico primò, Angelos indigne gratiâ, utin 15 Deum, prout est objectum beatitudinis supernaturalis, se converterent.

Probatur ratione D. Thomæ h. c. art. 2. Voluntas non potest ferri in id quod est supra naturam, nisi ab aliquo principio supernaturali moveatur: Sed Deus, ut objectum beatitudinis supernaturalis, est supra omnem naturam creatam; Ergo voluntas creata non potest in illum ferri, nisi ab aliquo principio supernaturali mota. Minor patet, Majorem vero probat exemplo & ratione: Exemplo quidem caloris, qui non potest generare carnes, nisi ut instrumentum animalis; quia generare carnes est supra naturam calor: Ratione vero, quia omnis voluntas est inclinatio naturalis in bonum conveniens secundum naturam: Ergo si aliquid est supra naturam, voluntas non potest in illud ferri, nisi moveatur ab aliquo principio supernaturali. Pro majori hujus rationis & doctrinae declaratione.

Advertendum est, in qualibet re, tria potissimum reperiuntur, nempe ejus naturam; finem ad quem tendit, & in cuius adiectione quiescit; & inclinationem per quam in illum tendit: quæ tria proportionem inter se servare debent, atque adeò